

sitan^{z)} curiositate quadam sciendi incognita laborantes talium noticia delectantur^{aa)}, satisfacere volui; fateor^{bb)} ex magna parte^{bb)} meo^{cc)} iudicio^{cc)} professionis et intentionis mee modum excessi^{dd)}, in illis^{ee)} precipue investigandis^{ff)} ac describendis^{ff)}, quorum nomina in Divinis Libris non repperi. Itaque dum curiosus morem gerere volui, vitium curiositatis incurri. Etenim *quod*¹⁰⁵⁾ *medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilis fabri*. Sic et ego tam sublimis professionis homunculus, cuius scilicet totum studium et labor debet esse^{gg)} circa lucrum animarum intendere, etiam^{hh)} in hoc opere debui, precipue hiis, que ad professionemⁱⁱ⁾ meam spectant, insistere, de ceteris autem, precipue que magis ad medicinam corporis pertinent, si forsitan^{kk)} inciderent — sicut doctoribus nostris mos est^{ll)} — breviter transire. Hoc est igitur, quod licet multis etiam e fratribus placeat, eo quod totum per quasdam rerum similitudines et integumenta figurarum ad edificationem morum referri valeat; super omnia tamen, que continentur hoc opere, mihi confiteor displicere, non quod illa quidem in^{mm)} sem^{mm)} bona non sint taliumque studiosis utilia, sed quia professionem meam — ut dixi — non decuit huiusmodi rebus investigandis ac describendis tam diligenter insistere.

c.ⁿⁿ⁾ 19. Retractatio^{oo)} secunde ac tertie et quarte partisⁿⁿ⁾

Ceterum^{pp)} in secunda^{qq)} parte quasdam scientias vel artes diffusius^{rr)} prosequendo vereor etiam^{ss)} aliquatenus modum excessisse. In^{tt)} tertia vero virtutes ac vitia describendo non potui¹⁰⁶⁾ — ut iam superius dixi — omnium librorum moralium, etiam quos in promptu habebam, omnes flores in unum colligere, sed de multis pauca pro modulo meo eligere, alioquin oporteret volumen in immensum extendere^{tt)}. Porro in

z) forsan $D_2 D_3$ aa) *folgt* quadam sciendi incognita laborantes talium noticia delectantur D_2 bb-bb) ex magna parte fateor $H_4 H_5$ cc-cc) iudicio meo $D_2 D_3$ dd) *folgt* maximeque in eis ex precepto Dei terra germinans protulit; tertia die creationis mundi scilicet in herbis et arboribus, fructibus ac (fructibusque $D_2 D_3$) seminibus, quorum proprietates et vires tam diligenter ac laute descripsi D ee) *folgt* inquam $D_2 D_3$ ff-ff) *fehlt* D gg) *folgt* precipue D_1 ; precipue $D_2 D_3$ hh) vel D_2 ii) professionem N_2 kk) forsan $H_3 H_4 H_5 D_1$ ll) *folgt* vel omnino tacere vel D mm-mm) *fehlt* D nn-nn) *fehlt* D oo) retractio N_3 pp) etenim N_3 ; *fehlt* D qq) *folgt* quoque D rr) *fehlt* D ss) *fehlt* D_1 tt-tt) *fehlt* D

¹⁰⁵⁾ Horaz, Epist. 2, 1, 115f.

¹⁰⁶⁾ Hier ist offensichtlich auf das Speculum Morale angespielt, das in c. 17 (s. oben Anm. 103) als dem Speculum Historiale möglicherweise bereits de facto eingefügt zu gelten hat.